

*Libr. 2 de  
Venenis c. 4*

*De lue Ve-  
nerica.*

*1. Meth.  
med. sect.  
cap. 77.*

*Epistol.  
Medicinal.  
Scholizij  
312.*

*De Hydrargyri  
cap. 1.*

eximiè prodesse libens concedit: nec quod recenset Dioscorides, Chymistarum placitis aduersari existimat, cum pondere noceat, non qualitate caustica erodat. An ergo temerè Santes Ardoy-nus per se haudquaquam mortiferum esse venenum, sed longiore moranocu-um, aut sublimationis vitio in igneã dis-  
positionem translátum? An temerè Ni-  
colaus Massa, præceps datum Mercuri-  
um, puluerem Angelicũ cognominat: Hier. Mercurialis non respuit: Guliel. Rõdeletius, & Cardanus in pilulas trãf-  
formant: eiusque successum felicem Petrus Monauius, medicus Cæsareus, aliquot se casibus vidisse, ingenuè con-  
fitetur? Georgij Agricolaë auctoritate constat, maritum quendam vxoris per-  
fidia aliquot vicibus argentum viuum innoxie deglutiuisse. Et propria expe-  
rientia fatetur Iulius Palmarius, medi-  
cus gallus, tutò quidem & intrò sumi, & extrinsecùs adhiberi posse, sed nec te-  
merè, nec in omnibus téperaturis, nec citra aliorum adiectionem, quæ noxias eius vires refrænent & obtundant. Vi-  
dit etiam hydrargyrum rectè præpara-  
tum,